

**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus  
Venetiis, 1706**

Testimonialium Cancellarii de Tit. Beneficii Form. XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

Deputatus, testor Clericum N. ex Parochia N. ad Sacrum Ordinem N. promoveri cupientem, easdem ab anno .... usque ad .... continuo cum fructu sponte frequentasse. In cuius fidem has praesentes litteras, etiam interposito juramento, manu propria subscripsi, ac sigillo meo muniui. Datum, &c.

Ego N. Praeses collationum casuum conscientiae loci N.

#### ADNOTATIONES.

**I N L O C O N.** Conferentiae Casuum Conscientiae, quae pro Parochorum, & Sacerdotum Ruralium profectu ex dispositione Synodi Diocesanæ sive Edicti Episcopi, sunt in locis Diocesis, sunt facienda in loco ab Episcopo arbitrando, & designando, non attento, quod locus ab Episcopo electus, & ad quem Parochi, & Confessarii etiam Dignitate insigniti debent accedere, & interesse, non sit dignior, & aliis prærogativis supra omnes decoratus, ut bis resolvit Sac. Congreg. Concil. in Forolivien. Januar. 1696. & 6. Julii 1697.

**S P O N T E.** Ponitur in formula adverbium istud sponte ad ostendendum, quod Clerici, aliqui Sacerdotes Seculares non Confessarii possunt quidem, & debent hortari, sed non cogi ad interestendum Casuum Conscientiae conferen-

tiis, ut plures declaravit Sac. Congr. Concil., & novissime in Civitatis Plebis 15. Martii 1692. in qua collatis Decretis, quae ad invicem videbantur pugnare, ad Dubium propositum -- An Episcopus possit compellere Canonicos Confessarios, ceterosque Presbyteros Cathedralis sub pena pecunaria, ut accederent ad Congregationem Casuum Conscientiae, responsum fuit -- Posse compellere omnes Sacerdotes Seculares Confessarios, et tamen Canonici sint, ceteros autem hortari.

3 Hæc resolutio, quae cum antiquis Decretis relatis à Pignatell. consult. 18. tom. 8. à Panimol. decif. 1. annot. 18. num. 20. concordat, fuit deinde confirmata à Congregatione particulari Deputata in Vigilien. Synodi 20. Maii 1699. in response ad 35. Decretum, & iterum in Congregatione generali in Ariminien. 18. Julii ejusdem anni, & prius in alia Sancti Angeli Bisacciarum 15. Aprilis 1590.

Testimonialis Cancellarii de tit. Beneficii.

#### F O R M U L A XVI.

**P**ER Præsentes fidem facio Ego infra scriptus Curiae Episcopalis N. Cancellerius, Clericum N. qui ad Sac. Ordines promoveri cupit, habere Beneficium Ecclesiasticum in Ecclesia S. N. hujus Diocesis sub invocatione S. N. erectum, constat ex litteris Collationis illi factæ per N. mihi exhibitis, illudque verè, & pacifice possidere, & esse annui redditus scut. .... prout Testes super his à me formiter examinati deposuerunt: Testorque Revendissimum D. Vicarium Generalem pronunciasse, & Decreto declarasse, prefatum Beneficium esse sufficiens, ita ut idem N. Clericus ad illius titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, ut constat ex actis meis. In quorum fidem has litteras meo solito signo, meaque manu roboravi Die, &c.

Ita est Cancellarius Episcopalis.

Tellis